Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

[S.l.], [9. Jh.]

Beatus Iohannis episcopus: sermo in quadragesima de fide Abraham et de immolatione Isaac

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

conpeſcuit cum t̄rore magni clamoriſ
dicenſ; Tacete. nūquid non auditiſ
quante reſonant laudeſ in cęlo.
Cumque ad eccleſiam laudeſ quas in
tuſ audierat. aurem cordiſ intende
ret. ſca illa anima carne ſoluta ē;
Sed exeunte illa tanta illic fragran
tia miri odoriſ aſperſa eſt. ut omneſ
qui illic aderant. inaeſtimabili ſua
uitate replerentur. ita ut ꝑ hoc
patent̄ agnoſcerent. quod eā laudeſ
in cęlo ſuſcepiſſent; cui rei mona
chuſ nr̄ interfuit. qui nunc uſque
uiuit. et cū magno fletu teſtari ſo
let. quia quouſq; corpuſ eiuſ ſe
pulturę traderent. ab eorum nari
buſ. odoriſ illiuſ fragrantia non
receſſit; Ecce quo fine ex
hac uita exiit. qui in hac uita
flagella aequanimiter tolerauit;
Iuxta uocem ergo dominicam bo
na terra fructum ꝑ patientiam red
didit. quę exarata diſciplinę uome
re. ad remunerationiſ ſegetem ꝑ
uenit; Sed uoſ rogo frſ attendite
quod excuſationiſ argumentum.
in illo diſtricto iudicio habituri
ſumuſ noſ qui a bono opere torpentes
et reſ et manuſ accepimuſ. ſi pręcepta do
minica egenuſ et ſine manib; impleuit.
non contra noſ dnſ tunc aptoſ oſtendat.

quia et regnū ſecū turbaſ fidelium pre
dicando traxerunt; ſi contra noſ marty
reſ exibeat. quia ad cęleſtem patriam ſan
guinem fundendo ꝑuenerunt; quid tunc
dicturi ſumuſ cum hunc de quo locuti
ſumuſ ſeruulum uiderimuſ. cui lon
guſ languor brachia tenuit. ſed
tamen hunc a bono opere non ligauit.
Hęc uob cū frſ agite. ſic uoſ ad ſtudium
boni operiſ inſtigate. ut cū bonoſ uobiſ
modo ad imitandum ꝓponitiſ. eorū tunc
conſorteſ eē ualeatiſ;

IN QUINQUAGESIMA SERMO BEATI IOHANNIS EPI DE FIDE ABRAHAM ET DE IMMOLATIONE ISAAC.

Fideſ eſt religioniſ ſciſſimę fundamē
tum. caritatiſ uinculum. amoriſ
ſubſidium; hęc ſanctitatem firmat.
caſtitatem roborat. dignitateſ
exornat. in pueriſ ſplendet. in iuue
nibuſ floret. in prouectiſ apparet;
gubernat ſexuſ. graduſ prouehit.
officia cuncta cuſtodit; in paupere
grata eſt. in mediocre lęta. in locuple
te honeſta; fideſ amicitiaſ ſeruat.
collegia copulat. arteſ commendat;
nullū deſpicit. nullū contēpnit. nulli deē
niſi qui ei forte defuerit; fideſ mandata
tenet. pręcepta ſeruat. promiſſa
conſumat; fideſ familiareſ efficit dō.
amicoſ conſtituit xp̄o; Neque enim

quisquā fidei ꝑmissę ꝓspici&. nisi pro
fessionem actibus seru&. aut praemi
orum potest compos existere. qui pro
missę fidem noluerit conseruare. ut
iam aut implętę fidei merces homini
rependatur. aut uiolatę poena conpe
tens tribuatur; huius fidei ab abraham
ducamus exordium; qui cum in occidua
constituitur aetate. filium caelo promissū
se crederet accepturum. & fidei pr&iū
in filio conspexit. & in stellarum nume
rum suę sobolem redundantem. fide
eadem comparauit; denique unus
abrahę filius exoptatur. & inmensa
ei multitudo promittitur; solatium
unius heredis conquiritur. & innume
rabilis soboles destinatur; nescis inquid
dn̄s nescis abraham quid destinatum sit
tibi. sed idcirco nescis. quia quid me
rearis non respicis; tantū enim deme
tia meruit fides. tantum tua obse
quia ualuerunt. ut & quid desideres
noris. & facere quod mereris decre
uerim; haec que tibi nasc&ur filius.
cuius semen diffund&ur in milia. ut
similitudini siderum coaequ&ur.
& harenae inmensitatibus conpar&.
credo inquid abraham dn̄e. credo quia
potes. facturum te confido quod spondes.
nec enim consectę senectutem
marcentis meae aetatis considero

aut sarre coniugis sterilem esse taq;
conditionem aestendo. sed tuę maiesta
tis potentiā tracto. ne cui tedlice ꝑmit
tantur. sed ea quo ꝑmittantur agnosco;
Generare enim filios senilis aetas non
patitur. sed tuae dn̄e iussione compl&ur;
steriles filios habere non possunt. sed hoc
posse tuae uirtutes efficiunt; natu
rae quidem neg&. sed potentia impe
rat; aetas ꝓhib&. sed tua potestas os
tendit; inpossibile quidem istud ui
d&ur nobis non tibi. homini non tuę
dn̄e maiestati; nec tui ae non dō seruis
non dn̄o; unde credo pater. credo dn̄e.
istud te facturū esse quod dicis. quia
his uirtutibus cunctis gentibus inno
tescis; tunc sarre concepit in uterū
& peperit filium. patrem multarū
gentium destinatum; nascitur isaac
ornamentum generis. parentum glo
riae. propinquorum laetitia. familiae
decus. hereditatis spes. fidei pr&iū.
promissę sobolis testimonium;
In cuius natiuitate & dn̄s ꝑmissum
reddidit. & abrahā uotum quod opta
uit accepit; gaudent omnes cuncti
laetantur; fit enim isaac dulcis cum
nascitur. dulcior cum nutritur; nec
enim poterat esse non dulcis. quē
expectatis fides concilierat. & ꝓpria
innocentia commendabat; fit

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

& ſarra ꝯ ſterili mat̄. fecunda in filio.
fecundior futura ꝯ ipſo; redit iuuen
tus in ſenem. marcens ętas reparat
in iuuenem; & manente ſenectutis ae
tate. iuuenilia geruntur a matre; de
nique blanditur. nutrit & lactat. & cę
ſequentia compl& officia quę iā for
ſitan obliuiſcer&ur. ſi ſuo tēpore ſarrę
parere conceder&ur; tunc loquutus
eſt dn̄s ad abrahā dicens. accipe filium
tuū quē diligis iſaac. & uade in unū mon
tū & offer mihi illū ſacrificiū; mox
abraham tam celeriter decernit iuſ
ſis cęleſtibus eſſe parendū. quā fuerat
diuinitus imperatū; uerebatur enim
ne uotū mora offender&. ut iuſſionē
tarditas impedir&; denique prope
rat quod iuſſum eſt perficere. fes
tinat quod preceptū eſt adimplere;
fuit enim lę&us cū eū acciper&. lae
tior cū eū immolandum dn̄s poſtular&;
oſtendit abrahā kariſſimū quidem
ſibi eſſe filiū. ſed multo cariorem fi
lio ꝯ iſtere dn̄m; nec dulcedinē aut
affectus pign°ris reſpiciebat qui iuſ
ſionē ut pficer& cogitabat; totū enī
affectus conuertit in dm̄. cui ſe iā
nouerat mancipatū; deniq; illā fidē
ſeruabat in ſe cū filiū iuber&ur of
ferri. qua dn̄m pmeruerat cum eū
merer&ur accipere; adeſt iſaac

patris quidem ę&ati diſſimilis. ſed fide
ac deuotione aequalis; adeſt inquā iſaac.
qui ſi quid pat̄ diſponer&. ipſe fieri liben̄
optar&; ita enim filius paruit
patri. ut pat̄ diuinę obtemperat iuſſio
nī. ut de conſenſu filii pater ſecurus
ꝯſiſter&. & uoluntati patris ſe ſe filius
mancipar&; erat enim in utriſque
unus animus. par ſenſus. & ſimilis circa
dm̄ affectus. ut generoſitatem patris
in filium tranſ fuſam conſpiceres. &
innocentiā filii patri non deeſſe uideres;
ut & patnę fidei particeps filius exti
tiſſ&. & ſimplicitate filii patris subli
mitas redundar&; qua ſecuritate
abraham fr&us. ſternit aſinā ſibi.
ad ſacrificiū ligna concidit. pueros
ſecū ededucit. cūq; ad ciuitatem uenis
ſent. eſtote iſtic inquit. ego &
puer iſte ibimus ſoli. & cū adora uerī
mus dn̄m. reuertemur ad uos; ſta
tim pat̄ cū filio proficiſcitur ſolus.
ad quem idem filius. pater inquit
ligna uideo. cultrum & ignem con
ſpicio. hoſtię quam immolaturus es
quero; deſine inquit deſine iſtud quę
rere fili. quod ſibi ad hoſtiam dn̄s procu
rabit. deſine querere quod ſibi dn̄s
ampuidit; magnum praeſagiū
promittentis. magna innocentia in
quirentis. iſaac hoſtię de hoſtia patrē

interrogat · sacrificii effectus desiderat;
ovis abeo que deerat querit · ne ipse
qui loquitur immoletur; Ast ubi
ad locum uentum est · uterque mon
tem ascendit · aram pater extruxit ·
ligna conposuit · filium conligauit; pate
re me inquit fili · patere uotū perficere ·
patere inquã per te iussionem dn̄i ad
implere; deus enim qui te condidit · et petit ·
qui dedit querit · qui te creauit · te sibi
desiderat immolari; non est enim
hoc parricidium · non est crudelitatis
admissum · quicquid uotum est; nec tibi
fili a genitore mors miseranda in
fertur · sed utrisque nobis salubriter
prouidetur; tanto eris acceptabilis
hostia · quanto libenter gloriosam mor
tis acceperis beneficia; quo dixisset
pat̄ perfice inquit · quod disponis · in
stanter adimple; ego enim nec re
nuo nec recuso · quod uolueris uolo · quod
optas et opto · quod desideras · et ipse
desidero; denique eo uoto istam mortē
excipio · quo te eā mihi inferre uelle
cognosco; haec etsi utique non dixit ·
tamen cuncta ista in actu ostendit;
mox pater extensa manu gladiū ru
mit · dexterā erigit iugulare fili
um · sacrificium p̄ficere iussa dn̄i
uoluit deuotus implere; et pendenti
iam atque imminenti mucrone ·

parce inquid dn̄s parce fidem tuā
quesiui · non filium ut iugulares
optaui; nec amabile pignus tibi sub
trahere · sed deuotionē tuā uolui p̄
temptare; nunc cognoui quia amas
dn̄m magis quā filium · immo magis
amas filium · quia diligis dn̄m; quia
dum non pepercisti filio propter dm̄ ·
eundem tecum constituisti dn̄o glori
osum; quem et benedictionibus cumu
lem · et infinitam filiorum multitu
dinem · ex eo tibi prouenire confir
mē; statim p̄curritur aries · qui pro isaac
sanctissimo mer(e)tur occidi; nec enī
fas erat ut isaac qui typum xp̄i
portabat · a patre hoc in tempore
mactaretur · quia p̄fecta sacrifi
cii hostia xp̄o dn̄o seruabatur; p̄
curatur inquam aries · qui pro isaac
mereretur occidi · ut et promissum
patris de hostia compleretur · et p̄
fecto sacrificio patri isaac incolu
mis redderetur; tunc utque laetus
de monte descendit · pat̄ quod sacri
ficii uotū filio saluo p̄ficerit · filius
quod iussa patris libent̄ optasset;
gaudet de patre filius · de filio pat̄;
gaudent propinqui · familia cuncta
laetatur; gaudent inquā quod eo
pus tantū p̄fectū sit · et quod patrem
cū filio incolumes illis dn̄s reuocaret;